Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

Jere

fuerit de coniuratione hac pessima in universis locis quę delata sunt
ad quę eica eos dicit dnus deus exercituum Et dices ad eos hęc dicit dnus.
Nuqit quod cadit non resurgit et quod auersus est non reuertitur Quare ergo
auersus est populus iste in ierusalem auersione contentiosa. apprehendit
mendacium et noluerunt reuerti Attendi et auscultauit. nemo quod bo
num est loquitur Nullus est qui agat poenitentiam super peccato suo dicens quid fe
cimus omnes conuersi sunt ad cursum suum qui equus impetu vadit in proelium
Milvus in celo cognouit tempus sui Turtur et hirundo et ciconia
custodiunt tempus aduentus sui, populus autem meus non cognouit iudi
cium dni Quomodo dicitis sapientes nos sumus et lex dni nobiscum
est Vere mendacium operatus est stilus mendax scribarum Confu
si sunt sapientes perterriti et capti sunt Verbum enim dni proiecerunt
et sapientia nulla est in eis propterea dabo mulieribus eorum extraneis agros
eorum heredibus quia a minimo usque ad maximum omnis auaritiam sequitur
a propheta usque ad sacerdotem omnes faciunt mendacium et sanabant
contritionem filie populi mei ad ignominiam dicentes pax pax cum non
esset pax Confusi sunt quia abominationem fecerunt quippe magis
non sunt confusi et erubescere nescierunt Idcirco cadent inter corruentes
In tempore visitationis suę corruent dicit dnus. Congregans congre
gabo eos ait dnus Non est vua in vitibus et non sunt ficus in ficul
neis folium defluxit et dedi eis qui pertransierunt Quare sedemus
Congregamini et ingrediamur ciuitatem munitam et silemus ibi quoniam dnus
noster silere nos fecit et potum dedit nobis aquam fellis peccauimus
enim dno expectauimus pacem et non erat bonum tempus medele et
ecce formido Audiuimus de dan audiuit hinnitum equorum eius a voce hinnitus
pugnatorum eius commota est omis terra. et venerunt et deuo
rauerunt terram et plenitudinem eius urbem et habitatores eius quoniam
ecce ego mittam vobis serpentes regulos. quibus non est incantatio
et mordebunt vos ait dnus Dolor meus super dolore in me Cor
meum merens ecce vox clamoris filie populi mei de terra longinqua
Numquid dnus non est in syon aut rex eius non est in ea Quare ergo
me ad iracundiam concitauerunt in sculptilibus suis et in vanitatibus
alienis transiit messis finita est estas. et nos saluati non sumus
Super contritione filie populi mei contritus sum et contristatus sum: obstupui